



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Appellatio Reverendi Et Insignis Capituli Metropolitanæ
Ecclesiæ, uniuersalisq[ue] Cleri, ac almæ Vniuersitatis
generalis Studij inclytæ Ciuitatis Coloniensis, in causa
Sacrosanctæ Religionis nostræ**

Erzdiözese Köln

[Köln], 1544

VD16 K 1770

urn:nbn:de:hbz:466:1-34962



Th. 1440 a.

1. Caroli V edictum ꝑ. novatores, Worms 1521
2. —"— Befehl von dem Cöluen den
Kurf. Röl. vom 3^{ten} zu blieben C. 1544,
3. Offnung des Capitels des C. 1544
4. Derselbe von dem C. 1544, die
Jurisdiction abzugeben, mit
dem C. verbunden.
5. Appellatio Coloniensium in @ Relig. 44
6. Des Capitels von dem C. 25 Oct. 44,
7. Citatio Imperatoris ꝑ. Archiep. Col. 45
8. Appellatio Archiepiscopi,
9. Citatio Curie Rom. ꝑ. Archiep.
10. Responsio cleri Col. ꝑ. appel. Archiep.
11. Caroli V. Befehl vom Cöluen
12. Jo Cochleus ad Capit. col. 1. Aug 45.
13. Herrn Archiep. ad Wormatienses
14. idem ad Imp. Carolum V.
14. Cochleus pro Roffensi et Thoma
Moro
15. Capitulum zu C von dem C. 8 Aug 45
16. Derselbe von dem C. 17 Nov 45

Die alte Nummerierung ist falsch.

Insgesamt 30 Stücke

In Heilbronn, Bonn
April 1957

17. Dat Decapitalz C. protestat
gegen die Canon Leyden, 7 Dec. 45

18. Sententia Nuntii ap. pro
Capitulo V. Decanum,

19. Instruktion der drei maltheis.
Ritter zu dem Decapital
und dem Canon Leyden.

++
9 82

APPELLATIO
 REVERENDI ET INSIGNIS CA-
 pituli Metropolitanae Ecclesiae, uniuersalisq; Cleri, ac
 almae Vniuersitatis generalis Studij in cluſtra Ciuita-
 tis Coloniensis, in causa Sacrosanctae Reli-
 gionis nostrae.



*Cum Gratia & Priuilegio Casarea ac Catholicae Maiestatis
 excudebat Iaspas Gennepaus. Anno Iesu Christi
 M. D. XLIII.*

52 APPEL LATINOR


REVERENDI ET INSIGNIS CA

... ..

... ..

... ..

... ..



... ..

... ..

... ..



NOMINE DOMINI AMEN. Nouerint uniuersi praesentes literas inspecturi, q̄ anno a natiuitate eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimo quarto, Indictione tertia, secundū usum, stilū, & cōsuetudinē scribēdi, in Ciuitate & Diocesi Colonien. die quidē dē Iouis nona Mensis Octobris, hora secūda, uel circiter, post meridiē, Pōtificatus sanctissimi in Christo patris & domini, domini nostri, domini Pauli, diuina prouidētia Papae tertij, anno eius decimo: Imperij autē sacratissimi & inuictissimi Principis & domini, domini Caroli, huius nominis quinti Romanorum Imperatoris, semp̄ Augusti, ac Hispaniarū Regis catholici, & c. domini nostri clementis. anno xxiiij. coram Reuerēdo in Christo patre, & illustriss. Principe ac domino, domino Georgio, ex Ducibus Brunswicen. & Lunenburgen. Metropolitanae Ecclesiae Praeposito & Archidiacono, atq; almae Vniuersitatis generalis studij Colonien. summo Cancellario, tanquam persona sublimi & Ecclesiastica dignitate insignita: Inque Reuerendorum & Illustrium, Venerabilium, Egregiorum, Honorabilium, & Religiosorum dominorum, Subdecani, Choriepiscopi, & Scholastici, Praelatorum, & Capituli eiusdem Metropolitanae ecclesiae, Capitulariter ut moris est conuocatorum & congregatorum, solo Decano ex Praelatis in praesentiarum absente, & in longinquis agente. Ad haec in Reuerendorum patrum Monasteriorum sancti Panthaleonis, & sancti Martini, Abbatum, Decanorum quoq; & aliorum Deputatorum ecclesiarum Collegiatarum, Monasteriorum, & piorum locorum infra scriptorum, uidelicet sanctorum Gereonis, Seuerini, Cuniberti, Andreae, Apostolorum, Ad gradus Mariae, Georgij, Undecim Millium Virginum, Diuae Virginis Mariae in Capitolio, Ceciliae, sancti Iohannis Cordulae, sancti Anthonij, Praedicatorum, Minorum, Augustinen. Carmelitarū, Carthusiensium, Regularium ad corpus Christi, Cruciferorum, Mauricij, Gertrudis, Clarae, Agathae, ad Hortum Mariae, ad Albas Dominas, Machabeorum, Maximini, Nazareth, Seyn, Wydenbach, Reynoldi, Bonifacij: Pastorum quoq; ecclesiarum Parrochialium, totum & uniuersalem, Primarium & Secundarium Clerū inclytae Ciuitatis Colonien. sis repraesentantium: Necnon etiam spectabilis & magnifici, ac eximiorū doctissimorumq; uirorum, dominorum, Rectoris & Deputatorū quatuor facultatum, memoratae almae Vniuersitatis studij Colonien. meiq; Notarij publici, & testium infra scriptorū ad hoc specialiter uocatorū & rogatorū praesentia, in domo Capitulari memoratae ecclesiae Metropolitanae Colonien. sis personaliter constitutus, prouidus uir Magister Henricus de Wilshusen, iādictae Vniuersitatis studij Colonien. Pedellus iuratus, praefatorumq; dominorum Praelatorū & Capituli Metropolitanae, omniumq; & singularum aliarum Ecclesiarum, Collegiatarum, ac Monasteriorū, & piorum locorum supra commemoratorum, totiusque & uniuersalis prie
ij marij

marij & secundarij Cleri: Necnon etiam praedictorum dominorum Re-
ctoris & quatuor Facultatū, seu potius totius Vniuersitatis generalis studij
Ciuitatis Coloniēsis, partium suarū principalium Syndicus siue Procura-
tor, ad infra scripta gerendum & agendum ab eisdem suis partibus, citra tamē
reuocationē quoruncunq; aliorum Syndicorum siue Procuratorum suorū,
per eosdem haecenus quomodolibet constitutorum, ordinatorum, & deputa-
torum, specialiter & legitime constitutus. De cuius Syndicatus siue Proa-
curationis Mandato, mihi Notario publico infra scripto, legitime cons-
tabat & constat. Eoque nomine Syndicatorio siue Procuratorio in pri-
mis protestans, quod copiam personae Reuerendissimi in Christo patris, &
illustrissimi principis & domini nostri, domini Hermanni, sanctae Eccles-
siae Coloniēsis Archiepiscopi, sacri Romani Imperij per Italiam Ars-
chicancellarij, Principis Electoris, Westualiae & Angariae Ducis, Le-
gatiq; nati, ac Administratoris Paderbornensis, domini nostri gratiosissi-
mi, ad finem infra scripta coram gratia sua Reuerendissima gerendi, commo-
de in praesentiarum habere non possit. Habensq; insuper ac suis in manibus
tenens quendam Prouocationis, & Appellationis, Apostolorumq; peti-
tionis, infra scripti tenoris libellum, quem eodem quo supra Syndicatorio si-
ue Procuratorio nomine (praefati tamen Reuerendissimi domini nostri re-
uerentia & honore semper saluis, ac alias citra iniuriam cuiuscunq; de quo
etiam expresse & solenniter protestabatur) animo & intentione a quibus-
dam indebitis & inconcessis praesumptionibus, nouationibus, recusationibus,
& denegationibus, ceterisq; grauaminibus & comminationibus, praes-
teritis & futuris, subsequitis & subsequuturis, uniuersis & singulis in eodē
Appellationis libello contentis & descriptis, Prouocandi & Appellandi,
Apostolosq; petēdi & recipiendi, alta & intelligibili uoce legere incepit,
& ad finem usque legit, atq; iuxta contenta & descripta in eodem, mox pro
praefatis dominis suis constituentibus, omnibusq; alijs successu temporis huic
suae Appellationi adhaerens, & eorundem omnium nominibus, omni melio-
ri modo, uia, iure, causa & forma, qbus debuit & potuit, Prouocauit &
Appellauit, Apostolosq; de sup sibi & partibus suis a praefato Reueren-
do & Illustrissimo principe & domino Praeposito & Archidiacono ac
Cācellario, atq; me Notario publico infra scripto testimoniales saltē, pri-
mo, secundo, tertio, instantē, instantius, & instantissime dari & concedi,
ac de illis responderi petiuit & postulauit. Se quoque & praedictos domi-
nos, partes suas, eorundemque & huic suae appellationi adherere uolentiū,
personas, Ecclesias, Monasteria, & pia loca, Res quoque & bona, Iura,
privilegia, libertates, statuta, consuetudines & obseruantias laudabiles, no-
uas & antiquas, singulari tuitioni, protectioni, & defensionī praefati san-
ctissimi domini nostri Papae, sacrosanctaeq; sedis Apostolicae. Necnō Ima-
perialis Maiestatis, uti Ecclesiae Dei supremi Aduocati & Protecto-
ris submisit ac subiecit, praesentis publici Instrumenti tenore. Necnō de his

iusmodi Appellatione sua loco & tempore congruis & opportunis insinua
anda, intimanda ac etiam legitime prosequenda. Necnon & quod huiusmo
di Appellatione sua pendente, nihil prorsus ab aliquo attentetur & inno
uetur, seu attentari & innouari debeat. Alioqui de nullitate omnium eorum
dem ac damnis, iniurijs, & interesse propterea passis & illatis, patiendisq;
& inferendis contra huiusmodi attentantes & innouantes, publice, solennia
ter, & expresse protestabatur. Ceteraq; omnia & singula sese facere &
peragere dixit, ac fecit, & peregit, quae in eodem subinserto prouocationis
& Appellationis libello clarius & prolixius contineri dicebat & habe
ri, continenturq; & habentur. Cui quidem magistro Henrico Wilshusen
Syndico siue Procuratori, quo supra noie, sic ut praemittitur in praesentia
praefati Capituli Metropolitanae, necnon Deputatorum oim aliarum Ece
clesiarum & piorum locorum, Rectoris quoq; & Delectorum almae Vniuersi
tatis, prouocanti & Appellanti, ac Apostolos cum debita diligentia pe
tenti, Praefatus Reuerendus dominus & Illustrissimus Princeps, dominus
Georgius, Dux, Praepositus, & Archidiaconus, atq; Cancellarius, pa
riformiter & ego publicus Notarius infra scriptus, coiunctim & diuisim,
Apostolos testimoniales, ac alias tales quales de Iure melius & efficacius
dare debuimus & potuimus, dedimus & assignauimus, damusq; & assigna
mus, praesentis publici instrumenti tenore. Super quibus omnibus & singulis
praemissis, praefatus magister Henricus de Wilshusen Pedellus, tam suo
proprio, quam etiam ut Syndicus siue Procurator primarij & secundarij,
& uniuersalis Cleri, necnon almae Vniuersitatis Studij Colonien. & eorum
dem nominibus, sibi a me Notario publico infra scripto, unum uel plura, pub
licum seu publica confici atq; dari petijt Instrumentum & Instrumenta, in
meliori forma. Acta fuerunt & sunt haec in loco seu camera Capitulari
Ecclesiae Metropolitanae Colonien. supradictae. Sub anno domini, Indictio
ne, Die, Mense, hora, Pontificatu, & Imperio quibus supra, Praesentibus
ibidem prouidis & discretis uiris, Hermanno Top de Werlis, & Cornelio
Crupht de Bonna, Clericis Colonien. Diocesis, testibus ad praemissa uo
catis pariter & rogatis. Tenor autem prouocationis & Appellationis
libelli, de quo supra fit mentio, sequitur ad uerbum, & est talis. **QVVM**
APPELLATIONIS REMEDIUM & in oppressorum
& opprimi uerisimiliter timendum releuamen, nedum lege positua proditum,
sed & Iure diuino, & naturali stabilitum & comprobatum sit. Hinc est quod
ego Henricus de Wilshusen almae Vniuersitatis Studij Colonien. Pedel
lus iuratus, ac Syndicus siue Procurator, & eo noie insignis Capituli Me
tropolitanae Colonien. Ecclesiae, ac etiam omnium aliarum Collegiatarum
Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum, seu uenerabilis primarij ac
secundarij, & uniuersalis Cleri, necnon Magnifici domini Rectoris & al
mae Vniuersitatis generalis Studij huius inclitae ciuitatis Colonien. ad in
fra scripta faciendum specialiter deputatus, sufficientiq; ad ea gerendum man

dato cōmunitus. Coram uobis Reuerendo patre & Illustrissimo principe,
& domino, domino Georgio ex Ducibus Brunswuicēsis, & Lunenbur-
gensibus, memorata Ecclesia Metropolitana Colonien. Præposito, Vni-
uersitatisq; Studij Colonien. summo Cæcellario, tanquã persona sublimi
ecclesiastica dignitate prædita, uobisq; Notario publico, & testibus hic
præsentibus & astãtibus cōstitutus, uolens p ordinarium Appellatiõis præ-
sidium, qbusdam löge maximis grauaminibus dicta Metropolitana eccle-
sia, totiq; Clero & Vniuersitati hætenus actu cõtino, adhuc etiam proho-
dolor durante, & indies augefcente, illatis, & post hac ut metus est, infe-
rendis, quantum p Dei gratiam fieri potest, mederi & occurrere, indemnita-
tiq; publicæ prouidere. Pro dictis Metropolitana, alijsq; Ecclesijs, Mo-
nasterijs, & pijs locis, uniuersalis Cleri, Necnon Vniuersitate, & illius
membris cõiunctim & diuisim, omnibusq; alijs huic Appellationi adhæsus-
ris, non sine partium mearum cõmuni & graui animorũ dolore, dico, con-
queror, & allego. Quod quanq; diuino pariter & humano Iure certa forma
tractandarum & agendarum causarum Ecclesiasticarũ, tam quæ sacro san-
ctæ fidei & Religionis nostræ doctrinam, q; Ecclesiarum ordinationem,
administrationemq; & disciplinã concernunt, saluberime cõstituta & sanc-
cita sit, quã nulli cuiuscunq; etiam dignitatis, gradus, seu præminetia fue-
rit, quouis modo infringere seu trãsgredi conceditur. Ea uidelicet ut impris-
mis nemini liceat, quæ contra unamquãq; hæresim coacta semel Synodus p
fidei cõmunionem & ueritate Catholica & Apostolica promulgasset, nos
uis retractationibus quomodolibet immutare. Deinde ut si recens ulla quæ-
stio de doctrina fidei & Religionis nostræ suboriatur, quæ hætenus diju-
dicata non sit, ea ad Vniuersalis Cõcilij determinationem reijciatur. Si ue-
ro de administratione, ordinationeq; Ecclesiarum & disciplina, quæstiones
nouiter inciderint, hæ siquidem minores fuerint, ad prouincialem Synodum
Canonice & legitime conuocandam. Sin maiores & difficiliores extite-
rint, ad sedem Apostolicã referantur. Vtq; ea relatione pendẽte nemo ali-
quid audeat innouare. Et quidem q, ad auctoritatem Episcopalem attinet,
simili modo cõpertissimum sit, eam in Ecclesia Dei nõ in destructione, sed
in ædificationem (ut Apostolus ait) positam & collocatã esse, idq; potissi-
mum, ut uigilanti eius inspectione, hæresim & Schismatũ semina tollerentur.
Proindeq; liqueat hæc quæ sequitur, ad Episcopi officium quãmaxime
pertinere. Veluti quibus neglectis necesse sit Schismata cumulatim irrum-
pere. Primum, ut ubi aperte Dominus uel eius Apostoli, & eorũ sequaces
sancti Patres sentẽtialiter aliquid diffiniuerũt, ibi Episcopus non nouã le-
gem statuere præsumat, sed potius quod diffinitũ & prædicatum est, ad ani-
mã & sanguinem cõfirmare & defendere nitatur & cõtendat: Vtq; sacris
Canonibus (quorũ custos uocatur) nedum ipse debitã reuerentiã exhibeat,
sed & a suis subditis exhiberi, pcurret. Secundo, ut in administratione sacro-
sanctorũ Sacramentorũ, nobis ab Apostolis, & illorũ successoribus & in

stitutione Christi traditorum, eam regulam & normam diligenter obseruet, & a suis Clericis obseruari faciat, quam ipse ab Apostolica Ecclesia ueluti per manus traditam, accepisse dinoscitur, a qua etiam ulla temeraria nouitate recedere sibi graue nefas esse ducat. Tertio, ut norit se uocatum in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Eaque de re eam obedientiam quam ipse ab his, quibus praelatus est, exigit, se suis quoque maioribus dependere debere. Postremo, ut in administranda Ecclesia hoc ante omnia spectet, quo lupos ab ouili Christi, hoc est, Hæreticos & Schismaticos, a sua Ecclesia uigilanti cura abarceat, ut alienæ uel pollutæ communionis Clericos, seu a suis Episcopis segregatos, & præsertim perfidos Monasteriorum desertores, & Apostatas Monachos, omnesq; alios, qui ulla hæreseos, seu Schismatis labe aut suspitione, uel commaculati, uel grauati sunt, a se, rerumq; Ecclesiasticarum administratione procul repellat, eosque modis omnibus prohibeat alienas insilire Parochias, ordinarijsque Rectoribus & Pastoribus ullam molestiam inferre, Ecclesiam uero suam non priuato seu exterorum, sed suorum Presbyterorum & Clericorum consilio regat ac gubernet, suosq; Clericos, quasi Clericos honoret, ut ipsi a Clericis quasi Episcopo honos deferatur. Et si Metropolitanus sit, sine suorum comprovincialium Episcoporum consilio in causis communibus nihil agat. Quæ item eorum accedente consilio semel bene statuit, ea rursus priuatim ne abroget. Præcipuam uero sui primarij Capituli, a quo electus & præpositus est, rationem habeat, ac intelligat se & Capitulum suum unum corpus constituere, in quo nõ deceat caput, omnis membrum alieno consilio in communibus Ecclesiæ negotijs uti. Quod id (non dubium) fuerit, & honestati & sanctorum patrum institutionibus contraire, ueluti quibus expressim cauetur, ut Episcopus in Ecclesiæ suæ negocijs fratres suos requirat, & cum eorum, uel maioris partis consilio eadem peragat, & pertrahat, & quæ statuenda sunt statuatur, & errata corrigat, & euellenda dissipet & euellat. Quæ enim Iura & dignitates ecclesiæ p Episcopum & Capitulum pariter possideantur, & in re cõmuni potior sit prohibetis conditio, consequi sane est necesse, Episcopum non posse priuata autoritate sua Ecclesiæ, uel Capituli conditione deteriorem facere, seu sibi soli arrogare, quod communiter expediendum est. Iam uero, & id in factõ manifestum sit, qualiter iam dudum Apostolica sedes, Martinum Lutherum, omnesq; illius complices, adhaerentes, receptores, fautores, & sectatores, ut inobedientia filios, Schismaticos & hæreticos, ab oibus euitandos declarauit. Qualiter item sacratissima Cæsarea Maiestas pro Imperialis Maiestatis officio ac debito, necnon zelo ac studio defensionis Catholicæ, & orthodoxa fidei, accedente cõsilio & assensu Electorum, aliorumq; Principum, Ordinum ac Statuum Imperij eiusmodi Apostolicæ sedis sententiam exequendo, publico Edicto autoritate Imperiali decreuerit, cõmemoratum Martinum, suosq; complices, adhaerentes, fautores & sectatores, pro talibus, ut declarati sunt, ab omnibus hæ-

bendos & uitandos esse, sub criminis lesæ Maiestatis, & amissionis feudorum & bonorū omnium, gratiarum quoq; & priuilegiorū, a se & sacro Imperio depēdentium, necnon Proscriptionis & Bāni, interdictiq; Imperialis pœnis, quæ admodum in eodem edicto latius cōtinetur & habetur. Quod postea in Comitij Augustensibus, Anno Millesimo quingentesimo tricesimo, cum maiori & uberiore declaratiōe renouatū est. Et rursus in Ratisbonensibus, Anno Millesimo quingentesimo quadragesimo primo (ubi de Religione colloquium est habitū) hoc inter omnes Imperij Ordines cōuentum, ut omnes Articuli de Religione in Vniuersale Concilium, seu si id obtineri non posset, in Nationale, aut si utrumq; successu careret, in generalem Imperij Conuentum referrentur, prout relati sunt. Vbi & hoc quoque diserte statutum, quod Prælati Germaniæ, non quidem pro suo arbitratu, aut ex improbatorum & aduentitiorum hominum consultatione, sed inter se, & cum suis quibus præessent, Christianam Reformationem meditentur. Ita tamen, ut pragmaticæ Augustanæ, nihil derogaretur. Sed si quid forte inde disceptationis suboriretur, sup eo Casareæ Maiestatis declarationē expectandā fore. Cum primis autē, ne Protestantes interea temporis quemquā ad se pellicerēt, attraherētue. Quod quoque statutū (quod ad relationem articulorū Religiois in Conciliū, seu saltem futura Comitia, quod itē ad prohibitionē coactæ, uel pellacis abstractionis seu defectiōis a prisca Religione attinet) in nouissimis Comitij Spirensibus confirmatum constat. Denique & hoc manifestū sit, qualiter Reuerendissimus in Christo pater, & dominus noster dominus Hermannus, sanctæ Colonienfis Ecclesiæ Archiepiscopus, Princeps elector, &c. (qui & cōmemorato edicto, & Imperij decretis subscripsit) Anno Millesimo quingentesimo tricesimo sexto, in hac Metropolitana ecclesia, cū suis cōprouincialibus Episcopis, ac cōmemorato suo Capitulo: Necnō Prælati, totoque Clero suæ Diocesis psonaliter cōstitutus, Prouinciale Cōciliū ad præscriptū sanctorum Canonū celebrauerit, & in eodē cōmuni & matura cōsultatione præhabita, quandam catholicā Reformationē in hac sua Diocesi, donec alia melior p Sedem Apostolicam seu Conciliū (quorum iudicio etiā tum suā subiecit) succederet, obseruandā promulgauerit, & publicauerit, quæ una cū Institutione doctrinæ Christianæ, etiamnum impressa extat. Cui quoq; neq; præfatum suū insigne Capitulum, neq; Clerus, quo minus p canonicam Visitationem, aliasq; legitimas uias ad debitam executionē deducēretur, unq; obstiterunt, sed potius sese ad huiusmodi, ac aliā quæcumq; Christianā et catholicam Reformationem (modo catholice & canonicè instituatur) paratos semper obtulerunt, prout offerūt. Quamobrem præmissis omnibus sic se habentibus, & (ut merito erant attendēda) attentis, nō licuerit præfato Reuerēdissimo domino nostro Archiepiscopo, aduersus ista, solo suo priuato seu extero consilio, prædictis partibus meis, & præsertim suo Capitulo incōsultis, in suā Ecclesiæ, Cleri, & ipsorū successorū præiudiciū,

aliquid præsumere seu attentare, & multo minus aduersus hæc a se præsumptis & attentatis, omnibus ipsorum pijs & obsequiosis admonitionibus & deprecationibus spretis, inherere, & duriora indies ordiri & moliri. Nihilominus tamen his omnibus male consideratis, Celstudo sua Reuerend. quam plurima contraria præsumpsit, fecit & attentauit, quibus etiam in præsentem usque diem inhaesit, & indies plura similia præsumere & attentare satagit. Principio enim Martinum Bucerum, hominẽ monasticæ professionis desertorem, & bis incestis nuptijs pollutum: quarum primas cū uoztifruga Moniali, alteras cum bis uidua (ut quæ initio Oecolampadio, & deinde Capitoni, alteri olim Monacho, & utrisq; Presbyteris, impia Sacramentarium sectæ Coripheis, nefaria nupta fuit) contra legis diuinæ & humanæ interdiclũ, contraxit: qui & non tantum se Lutheri, sui magistri discipulum, & memoratorũ Oecolampadij & Capitonis (quibus etiã sanctitatis titulum affingit) symmachum & socium, aditũ publicæ libellis, professus est. Sed & Argentina alijsq; in locis Sacramentaria, seu Berengariana, & Iconoclastarum hæreseon præcipuus autor: illicq; sæditiosa euerstonis altariũ & imaginũ, ac abolitionis Missæ, aliarũq; piarũ Cæremoniariũ, & diuini cultus (in Ecclesia Catholica hæctenus usitati) necnon dissipationis Monasteriorũ, & suppressionis Ecclesiasticæ libertatis incensor, & tantorum facinorum signifer fuit. Hunc inquã Bucerum sua Celstudo Reuerend. una cum alijs cõpluribus improbatis & schismaticis Concionatoribus, cum eodẽ conspirantibus (qui itidem omnes fere pfdi desertores monasticos & Apostatae sunt) ad se, præfatis suis Capitulo & Clero in scijs, & ubi innotuisset, fortiter reclamãtib; acciuit. Eosque sua priuata autoritate Andernaci, Bonnæ, Lynzij, Kēpenæ, angularibus uidelicet & medianis oppidis, alijsq; in locis huius Dioceseos prædicationi uerbi seu cõcionibus præfecit: præbita eis licentia alienas ecclesias seu parochias in iniuriam uerorum pastorum eo prætextu insiliendi, & eorum ordinaria officia præoccupandi. Secundo, tametsi sæpe memoratum suum Capitulum una cum Clero & celeberrima Vniuersitate generalis Studij huius inclytæ Ciuitatis Colonien. Celstudinem suam Reuerendiss. diligenter & crebro commonefecerint, ipsi neq; iure diuino neq; humano licuisse, Bucerum & sui similes schismaticos, uerbi prædicationi præficere, tametsi item, doctrinam Buceri (quam ille se Bonnæ profiteri & disseminare libello Germanico in hoc peculiariter edito, testatus est) innumeris schismaticis & sæditiosis articulis scatere manifeste ostenderint, prout Iudicium Cleri & Vniuersitatis (quod hic repetitum uolo) præter alia multa scripta ad Reuerendissimom Celstudinem suam ea de causa missa, demonstrat. Et proinde Celstudinem suam in publico conuentu omnium suorum Ordinum huius Dioceseos, obsequiose & suppliciter obtestati sunt, ut ablegatis & amotis istis schismaticis & sæditiosis declamatoribus, in antiqua Religione perseverare: & uel Reformatione iam pridem in suo Prouinciali Concilio edita, in præsentia contentus esse. Sin minus, aliud

Prouinciale Concilium secundum Canonum præscripta (ubi de Reformatione legitime agatur) indicere. Vel denique generale Concilium, quod tunc indictum erat, aut saltem publicum Imperij conuentum, qui instabat (ad quæ causa ista Religionis omnium Imperij ordinum consensu accedente, ut superius commemoratum est, relata erat) expectare dignaretur. A deo tamen his omnibus nihil profecerunt, ut Celsitudo sua Reuerendissima suum institutum acrius urgendo, uolumen quoddam satis magnum & longum, sub nomine Reformationis, per Sectarios istos componi & conscribi, & commemoratis suæ Diœceseos Ordinibus, in dicto publico conuentu ad hoc indicto, exhiberi fecerit. Quanquam item tum præfatum Insigne Capitulum, per suum Decanum, aliosque ex suo gremio Capitulares Canonicos, Nuntios & Commissarios ad eiusmodi conuentum deputatos, causæ huius sublimitatem, & pondus cum omnibus circumstantijs, per suam Reuerendissimam Celsitudinem merito pensandis, magna cum diligentia, prout res exagebatur sus repeti & exaggerari fecerit, humiliter supplicando, ne sua Reuerendissima Celsitudo in re tanta quid præcipitantius ageret. Aliud tamen quam breuem admodum dilationem (intra quam quæ ipsi Capitulo displicerent in eo libro, ex scripturis refellere deberet) non potuit impetrare. Præterea quanquam idem Capitulum intra eiusmodi dilationem (et si multo breuiorem, quam prolixitas tanti uoluminis, tam longe excurrentis, poscebat) iam dictum uolumen diligenter inspexerit, & per Theologos, Orthodoxos, doctos, pios & Catholicos uiros, inspicere & examinari fecerit, illudque quantum fieri intra tantillum temporis potuit, diligenter inspectum & examinatum, cõplurimis res per sum articulis, partim hæresim ac schisma sapientibus, partim scandalosis & piarum aurium offensiuus, partim eum Ecclesiastica œconomia ex diametro pugnantibus, & fere ipsi quos iam pridem Sedes Apostolica, & Casarea Maiestas, suo edicto in Luthero damnauit, deprehenderit. Et ad instruendum super his Celsitudinem suam Reuerendissimam, quoddam Orthodoxum & Catholicum scriptum refutatorium, quod Latine uersum, Antididagma uisum est appellare, (in quo sigillatim tales articuli annotati, & per scripturas sacras, Orthodoxamque & Catholicam Ecclesiæ doctrinam, & sanctorum Patrum consensum & diffinitionem reprobati comperiuntur) confici curauerit (quod etiam ego Syndicus nomine quo supra pro iustificatione præsentis Appellationis hic repeto, & pro repetito haberi uolo) illudque tum Celsitudini suæ Reuerendissimæ, cum magna submissione transmiserit, unice obsecrans, ut tale scriptum diligenter perlegere, & quæ illic ad propugnationem fidei & Religionis nostræ Catholicæ, bona fide & sinceriter adducta nõ dubitant, animaduertere: Illisque attentis, librum suum obtensæ Reformationis suppressere dignaretur. A Celsitudine sua Reuerend. nihil minus expectantes, quam quod eo Scripto spreto & contempto, & forsitan nunquam lecto, neque ordinibus suæ diœceseos, seu illorum Delectis (prout tamẽ in antedicto


conuentu pollicita erat, se facturam communicato, uolumen suum imprimendum curare, ædere, & in publicum emittere debuisset. Nihilofecius tamen, Reuerendiss. Celsitudo sua, his omnibus posthabitis, praua & seductrice suggestionem eorum, qui uolumen illud pro sua libidine congesserunt, circumuenta, idem uolumen et si ab autographo scripto suo Capitulo prius misso & communicato, ualde diuersum, typis aeneis excudi & imprimi. Et primum quidem complura exemplaria huc, illuc, deinde uero in Comitibus Spirensibus proximis, inter complures Germaniæ Principes spargi fecit. Iam uero demum in Nundinis Francofordiensibus, ad Natale Virginis matris proxime præteritum habitis, & nunc quidem in hac insigni Agrippina Colonia, ea etiam publice & passim uenum exponi & diuendi curauit & curat. In quorum sane probemio inter cætera & hoc contestatur, se iam secum plane deliberasse & constituisse, in ea doctrina quæ hoc suo uolumine continetur, uelle persistere, eamque quantacumque diligentia poterit executioni committere, promouere, tuerique: nec super ea diutius, ne ad horam quidem, quoruncumque hominum commune aut priuatum iudicium expectare: quemadmodum etiam quæcumque in uolumine illo habentur per modum præcepti digesta sunt, & ut statim exequenda promulgantur, prout etiã nunc passim schismatici illi prædicantes, quos Celsitudo sua Reuerendissima in hanc Diocesim inuexit, ad illius suæ obtensæ Reformationis præscriptum, atque etiam sua sepe deterius & seditiosius sua improbata & damnata dogmata ubiuis spargere summo conatu adnituntur: ueris & legitimis pastoribus, & animarum curatoribus illis cedere iussis & adactis. Quibus & nunc suæ Reuerendissimæ Celsitudinis mandatis identidem iniungitur, ut illis secularijs, Sacramentorum administrationem in ipsorum Ecclesijs exercere permittant. Non quidem ad Ecclesiasticam & Catholicam formam, sed nouo plane more, lingua Germanica, & quemadmodum prædicantibus istis uidetur. Hoc est non sine ueterum solennium precum (quibus beatus Augustinus tantum tribuit, ut de his diceret, quod legem credendi lex statuit supplicandi) abrogatione, piarumque, & a temporibus Apostolorum in Ecclesia Dei ad Sacramentorum exhibitionem usitatarum Cæremoniarum: necnon a tot seculis uniformiter obseruata Missæ, & sacri Canonis (in quo corpus & sanguis Domini consecratur) nefaria abolitione. Quin & nunc eo uentum est, ut commemoratis ordinarijs pastoribus & animarum curatoribus, alijsque ecclesiarum presbyteris ac clericis, per Reuerendiss. suam Celsitudinem subinde districte mandetur, ne uel officium prædicationis exercendo, uel in ecclesia diuina officia decantando, breuiter, ne facto uel uerbo pseudo ecclesiasticis illis ullo impedimento sint: cum prohibitione Ecclesiasticæ Iurisdictionis hæctenus exerceri solita. Ut taceamus quod a tpe quo primùm Bucerus accitus est, nõ sine multorum infirmorum graui scandalo & corruptione, circumlati sint, ac etiamnum passim in hac Diocesi impune circumferantur, libelli omnium perniciosissimi. Qualis inter alios est libellus


Lutheri hæresarchæ in Canonem Missæ, plane impius & blasphemus, & libellus Iohānis Meynertzhagen Apostata Monachi, moderni declamatoris Bonnensis, in locum Buceri surrogati (qui & recens se incestis nuptijs cõspurcavit) sub titulo, **Des Christlichẽ Bürgers Handtbuchlin** re: blasphemijs & impietatibus plenus, suo tempore in deductione & psequutione huius Appellationis spetiatim designãdis, ad quem finem etiã præacti libelli pro iustificatione eiusdem Appellationis hic repetitur. Iam ut antedictũ Capitulum, una cũ Clero ciuitatis Colonien. præfatũ Reuerendissimum dominũ nostrum de his nõ semel admonuerit, & ut in Meynertzhagen alterius libelli autorẽ, & in impressores & diuẽditores, utriusq; Bonnæ & alibi cõmorantes animaduerteret, requisierit, eius tamẽ nihil potuit obtinere. Quo fit, ut idẽ Meynertzhagen & ceteri prædicãtes isti, suis hæreticis & Schismaticis ad populum declamationibus, uerbũ Dei miris modis adulterare, Sacramẽta & illorum administrationẽ Ecclesiasticam & Catholicam, palã irridere, blasphemare, & cõtemptim explodere, plebẽ in ordinẽ Ecclesiasticũ concitare, & nihil aliud in hac Diocesi, q̃ dissensiones, contentiões, emulationes, rixas, sectas, inuidias, atq; adeo cades, & subinde uolẽtas turbationes, publici diuini cultus (quales nup̃ Andernaci, Bõnæ, Kempenæ, & alibi, magno cum piorum gemitu, præter oẽm subsequẽtã animaduersionẽ quam leges grauissimã requirunt, uisã sunt) excitare p̃gunt. Ex quibus oĩbus nihil aliud tandẽ (nisi tamen optimis remedijs tãtis malis tempestiue obuiam eatur) sequi est necesse, q̃ prædictã Ecclesiã Metropolitanã, & totius Cleri, huiusque insignis Dioceseos indubitãtam euerisionem, aliamque huius & Catholicã Vniuersitatẽ, atque adeo ueteris ueræ & Catholicã Religionis extirpationem, omnis obedientiã dissipatiõẽ. Deniq; rerum omnium horribilem & deplorandã confusiõem, nõ sine graui metu sensim subsecuturã finalis ruinã totius inferioris Germaniã, quod ea fere tota a constãtia fidei & Religionis inclitã Agrippinã Colonia (in præsentiarũ ab hæreticis & Schismaticis circumlatrantibus periculossimẽ obfesse) dependere uideatur. Quũ itaque omnia & singula præmissa sic ut præscribitur se habeãt, eaq; præfatus Reuerendissimus Archiepiscopus noster quãlibet monitus interpellatus, emẽdare plane negligat. Imo ut ex ueridica relatione intelligitur, Reuerendissima Celsitudo sua intendat, quacũquã in prædicto suo libro obtensã Reformationis continentur, p̃ quamdam præposterã Visitationem, opera suorum Schismaticorũ effectui mancipare. Et interim sacris Canonibus caueatur, quod sicut laudabile discretumque est, reuerentiam & honorem exhibere prioribus, ita uicissim rectitudinis & Dei timoris sit, si quæ in eis sunt, quæ indigent correptione nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus morbus inuadat, si languor non fuerit curatus in capite. Et proinde Prælati antedicti, & Capitulum Metropolitanã Ecclesiã uti proxima membra, una cum toto Clero, teneantur hæc tam grauiã, nedum omni sollicitudine &


inuacitate indagare, sed & superioribus suis, cuiuslibet personae gratia & fauore (quae ueritati cedere debent) longe postpositis, uis legitimis intimare, ne si in his pigri & negligentes reperti fuerint, eorum omnium apud Deum se reos & participes faciant. Et rursus caueatur, neminem Clericorum Apostolicae offensa futurum immunem, qui si quid in Ecclesia damni, uel quae sint prohibita, Pontificem uiderit facientem, id dissimulauerit, praesertim in causa fidei, pro cuius sinceritate retinenda, quilibet Christianus, & in primis Clerus se totum impendere, & pro ecclesia Dei sese ueluti murum contra omnem hominem opponere tenetur, ne facientis culpam contrahat, qui quod potest corrigere negligit emendare. Quod & tanto magis ipsis incumbit, ne scilicet propter suam dissimulationem & negligentiam (quam scrupulo occultae societatis non carere Canones diffiniunt) poenas priuationis omnium & singulorum suorum Priuilegiorum, Iurium & honorum ex ui Imperiali edicti supra commemorati, quod nedum in facientes, sed & consentientes distringitur, amittant. Denique cum Iure expresse cautum sit, quod si ex facto Episcopi aliquod praerudicium seu iacturae ecclesiae quomodolibet generetur, seu generari uerisimiliter timeatur, tum posse & debere Capitulum tali facto obuiare & contradicere, atque etiam ab eodem appellare. Quodque Episcopus tali appellationi sub grauissimis poenis, alioqui incurrendis deferre teneatur. Hinc ego Syndicus praefatorum dominorum Praelatorum, & Capituli ecclesiae Metropolitanae, ac secundarum & uniuersalis Cleri, necnon Rectoris, & totius almae Uniuersitatis studij Colonienfis, & eo nomine respectiue, sentiens eandem Ecclesiam Metropolitanam, omnesque alias Ecclesias, Monasteria, & pias domos, totumque Clerum huius insignis Ciuitatis Colonienfis, Imo totius Dioeceseos, & hanc insignem Uniuersitatem, & illius membra, per commemoratas indebitas & inconcessas praesumptioes, nouationes, recusationes, & denegationes praefati domini nostri Archiepiscopi, & alia praemissa per Reuerendissimam Celsitudinem suam quomodolibet in & circa praemissa, aliter magis circumuentione, quam dedita opera, facta & procurata, grauissime laesos & grauatos, Timeamque partes meas uerisimiliter temporum successu plus laedi & grauari posse. Idcirco & ne mora longior ingens periculum afferat, ab eisdem partibus meis haecenus inflictis, & adhuc perdurantibus, & in futurum forsitan infligendis, grauaminibus, omnibus melioribus modo, uia, Iure, causa, & forma quibus melius & efficacius possim & debeo, pro eisdem partibus meis, omnibusque alijs & singulis successu temporis huic Appellationi adhaerentibus & adhaerentibus, Ad sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum, dominum Paulum, eius nominis tertium, sanctae Romanae & uniuersalis Ecclesiae Pontificem maximum, sanctamque Sedem Apostolicam, Legatione missum uel mittendum: Necnon etiam ad Inuictissimum & gloriosissimum Principem & dominum nostrum, dominum Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Regem Catholicum, &c.


dominū nostrum clementissimum, uti religionis nostræ sacrosanctæ, & Ecclesie dei supremum Aduocatū & protectorem, & eorū (quæ in huiusmodi causa religionis hæcenus definita sunt) legitimū executorem, & c. coniunctim & diuisim, & prout cuiuslibet harum summarum potestatum officium hæc res cōcernit (cū in executiuis simus) in his scriptis prouoco & appello, mihiq; a uobis Reuerendo domino & Illustrissimo principe domino Præposito, & Archidiacono ecclesie Metropolitanæ, necnō alma Vniuersitatis studij Colonienſis Cancellario dignissimo, pariter et uobis Notario publico, seu alio quocumq; dare & concedere ualente apostolos, saltē testimoniales, primo, secundo, tertio, instanter, instantius, & instantissime dari peto, & repeto. Subijtiens me & præfatas Metropolitanam, aliasq; Ecclesias, Monasteria, & pia loca prædicta, totūq; Clerū & Vniuersitatem studij Colonienſis, necnō & singulares psonas eorundē, & illorū q̄m res & bona, priuilegia, libertates, & Iura, singulari tuitioni, protectioni, & defensionī, prædictæ sanctæ sedis Apostolicæ, & Casaræ Maiest. Solēniterq; & expresse aduersus oēs & singulos cuiuscūq; status, gradus, et conditionis fuerint (qui huiusmodi appellatione pendente aduersus prædictum insigne Capitulum & Clerum, necnon & Vniuersitatem ipsam, eorumq; res & bona quidquam quomodolibet attentare præsumpserint) protestans de nullitate & pœnis contra tales innouatores, tam in Canonicis, quam Imperialibus constitutionibus fulminatis, eo ipso incurrendis, deque huiusmodi Appellatione intimanda, insinuanda, & prosequenda, loco & tempore congruis & opportunis. Saluo Iure addendi, mutandi, & c. Et protestor prout fuit & est moris. & c.


Et ego Thielmannus Grauius, Clericus Colonienſis, publicus sacris Apostolica & Imperiali autoritatibus Notarius, & Capituli Metropolitanæ Colonienſis ecclesie Secretarius iuratus: Quia prædictæ Appellationis coram præfato Reuerendo & Illustrissimo Principe, domino Georgio, Duce, Præposito & Cancellario, in præsentia dominorū prædictorum, interpositioni ac prouocationi & Appellationi, apostolorumq; petitioni, & testimonialium dationi, omnibusq; alijs & singulis præmissis, dum sic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum testibus prænomina- tis interfui, eaq; omnia & singula sic fieri uidi & audiui, ac partim peregi: Ideo hoc præfens publicum Instrumentum in quatuor folijs præcedentibus manu alterius (me interim aliunde legitime præpedito) fideliter cōscriptum, exinde confeci, subscripsi, publicauī, & in hanc publicam formam redegi, signoq; nomine & cognomine meis solitis & consuetis signaui: Rogatus, pariter & in uim iuramenti mei (Reuerendis & Illustribus ac Eximijs dominis meis de Capitulo Colonienſis ecclesie prædictæ olim præstiti) serio admonitus & requisitus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.











E
189

VI 711
Th
1440a